



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

enarratio 14 ca. Factum est autem Liconii ar. 14

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

quoq; saeculo aduersitatibus exerceri, vt moris est fili-
 orum dei & spiritu sancto .i. charismatibus eius
 in donis atque virtutibus quotidie pficientes. Quanto
 autem in primitiua ecclesia tribulatio amplius abunda-
 uit, tanto huiusmodi gaudium magis necessarium fuit
 ne ibecillitas mentis humanae sub onere ruēs deficeret.
 Vñ & tñc munificētia spūs scti copiosius se diffudit.

¶ Expositio capituli decimi quarti.

Factum est autem Iconij. Art. XIII.

Prosequitur sanctus Lucas processum Apostolicae
 praedicationis in vrbe Iconio. ¶ Factum est autē
 Iconij vt simul introirent in Synagogam Iudaeo-
 rum & loquerentur ¶ Paulus & Barnabas existentibus
 in Synagoga ¶ ita vt crederet Iudaeorū & Graecorū ¶
 id est, gentiliū quorundam, forte profelytorum, seu
 Iudaeorum ex Graecia ¶ copiosa multitudo ¶ in quo
 fructus praedicationis huius ostenditur, quae varijs mi-
 raculis diuinitus confirmabatur. ¶ Qui vero incre-
 duli fuerunt Iudaei suscitauerunt ad iracundiam ani-
 mas gentiliū aduersus fratres ¶ id est, Christianos
 praecipue contra Apostolos, asserendo quod nouam &
 falsam sectam inducerent, & agerent contra Roma-
 nos. ¶ Dominus autem dedit cito pacem ¶ Ipse enim
 ad nutum corda immutat, & quocunq; voluerit ver-
 tit ¶ Multo igitur tempore demorati sunt ¶ in vrbe hac
 ¶ fiducialiter agentes in domino ¶ id est, imperterrita
 mente euangelizantes ¶ testimonium perhibente ver-
 bo gratiae suae ¶ id est, ipso domino attestante verita-
 ti Euangelice praedicationis, in qua gratia & misericor-
 dia dei maxime commendatur, docetur & continetur.
 Quomodo autē attestatus sit subditur ¶ dante ¶ Ideo ¶ si-
 gna & prodigia fieri per manus eorum. ¶ id est, per pe-
 ces, virtutes, & ministeriū Pauli & Barnabae. Haec tamē
 miracula Lucas breuitati studēs nō recitat. ¶ Diuisa est
 autē multitudo ciuitatis .i. discors effecta ¶ & quidam
 quidē erāt cū Iudaeis ¶ videlicet, ifideles ¶ qdā vero cū
 Apstis ¶ scilicet conuersi ab eis. ¶ Cū autē factus esset im-

IN ACTA APOS. EXEC.

petus. Lex vehementia passionum, non ex ratione & aeg-
 rate procedens. L gentilium & Iudaeorum. Incredulo-
 rum. Cum principibus suis & contumelijs afficerent &
 lapidarent eos. Iputa Apostolos. L intelligentes. I Apo-
 stoli quod imminerebat. L confugerunt ad ciuitates Lyca-
 oniae Lystram & Derben. Inon inordinate timēdo, sed
 Christo obediendo hoc fecerunt. Nam dixit Saluator.
 Cum persequuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in ali-
 am. L Et quidam vir in Lystris infirmus pedibus sede-
 bat claudus ex vtero matris suae, qui nunquamambu-
 lauerat. Inec potuit stare sed portabatur, aut sustentacu-
 lis utebatur. L Hic auduit Paulum loquentem. I id est,
 praedicationem intente aduertit. L Qui. I Paulus. L intu-
 itus eum. I oculo compassionis interno & visu corporeo
 L & videns. I id est, spiritu sancto reuelante perpendēs
 L quia fidem haberet vt saluus fieret. I id est, quod ver-
 bis Pauli credebat, & in nomine Christi se saluandum
 speraret, aut etiam corporaliter reformandum, talem
 & tantam fidem contulit ei spiritus sanctus, qui mira-
 culum facere iam decreuit. L dixit voce magna. I vt sig-
 num mox futurum ad Christi gloriam audientiūq; sa-
 lutem cunētis pateret. L Surge sup pedes tuos rectus. I
 ita vt nulla prioris defectuositatis in te signa remaneāt
 Porro secundum Bedam in Graeco codice sic habetur.
 Tibi dico i nomine dñi nostri Iesu Christi, surge super
 pedes tuos rectus. L Et exiliuit & ambulabat. I id est,
 protinus sine omni obstaculo celerrime consurrexit &
 expedite incessit, quod fuit valde grande miraculum
 soli diuinitati possibile. L Turbae autem. I gētiles atq;
 idolatrae. L cum vidissent quod fecerat Paulus, leuaue-
 runt vocem suam Lycaonice dicentes. I videlicet, iuxta
 linguam maternam, quia Lystra ciuitas fuit prouinciā
 Lycaoniae. L Dñi similes facti hominibus. I id est, in hu-
 mana effigie apparentes. L descenderunt ad nos. I de cae-
 lo, quod est locus deorum secundum illorum errores.
 Putabant quippe Paulum propria id potestate fecisse.
 L Et vocabant Barnabam Iouem. I eo quod prior & se-
 nior videbatur. Iouem enim regem deorum & patrem

Matt, 10.

putabant. [Paulum vero Mercurium] qui secundum
 vanitatem Iouem comitabat, [quoniam ipse erat dux
 ubi] id est, in loquendo & proponendo verbum dei ha-
 bens primatum, & quia Mercurius secundum eorum p-
 fidiam eruditus, & eloquens fuit in tantum vt deus elo-
 quentia diceretur, Paulum eius nomine exprimebant.
 [Sacerdos quoque Iouis qui erat ante ciuitatem] audito
 rumore miraculi [tauros] ad immolandum [& coro-
 nas] ad imponendum eas capitibus Apostolorum ad
 decorem eorum, vel ad templum ornandum [afferens
 ad ianuam] templi [cum populis voluit sacrificare] .i.
 hostias mactare & imolare Apostolis tanquam immortali-
 bus dijs. [Quod ubi audierunt Apostoli Paulus & Bar-
 nabas concisissimis tunicis] more Iudaeorum, qui au-
 dita diuinae maiestatis blasphemia vestes scindere con-
 suerunt zelo dei, quasi eius iniuriam perpeti non va-
 lentes, & cordis sui dolorem monstrantes [exilierunt
 in turbas clamantes & dicentes. Viri quid haec facitis?]
 id est, cur nobis sacrificare disponitis? Quo sancti Apo-
 stoli humiliores fuerunt, eo poenalius fuit eis hoc factum
 diuinae maiestatis inhonoratum. [Et nos mortales
 sumus, similes vobis] in natura specifica [homines an-
 nunciantes vobis ab his vana] idolorum culturis, in
 quibus nec veritas est, neque utilitas, & quae a ve-
 ra beatitudine seu ultimo hominis fine colentes impe-
 diunt [Conuertit ad deum viuum] qui solus est viuus
 & vita pura ac plena per suam essentiam. Dijs autem quos
 colitis mortui sunt & damnati, vt Iupiter, Mercurius
 &c. qui homines scelerati fuerunt [qui fecit caelum &
 terram & omnia quae in eis sunt.] Caelum enim &
 terram per seipsum immediate creauit, in quibus sunt
 multa quae non sunt immediate a deo secundum se tota
 creata, vt bruta, originaliter tamen principaliterque
 a deo fluxerunt, & prima materia vniuersorum ab illo
 est immediate producta [qui in praeteritis generibus
 dimisit omnes gentes ingredi vias suas] id est, vniuer-
 sos gentes in suis adinventionibus, erroribus & pec-
 catis defluere ac perire. Nam vsque ad Christi aduentum

IN ACTA APOS. EXEG.
& prædicationem eius ac discipulorū suorum, gentes
cōmuniter idolis seruebāt, paucissimis interdū excep-
tis, soliꝑ filij Israel vias dei ābulauerūt, vnū vezꝑ deum
colendo. [& qdem nō sine testimonio semetipsum re-
liquit.] .i. bonitatem & diuinitatē suam manifestare,
seqꝑ deum esse testari per varia beneficia nō cessauit, be-
nefaciens, totū vnuerſum cōseruando in esse, & guber-
nādo [de cælo.] aereo [dans pluuias & tēpora fructi-
fera.] æstatē & ver [implēs cibo & lactia corda ve-
stra.] Oīa enim dona naturæ, & bona fortunæ, benefi-
cia sunt summi dei, cuius vnitas, maiestas ac diuinitas
p vnuerſi gubernationem, tempore distinctionem, cæ-
lestium motionem, īferiorꝑ moderationem ac pūisionē
īpīs quoꝑ philosophis innotuerūt. Naturalis aut dele-
ctatio q̄ ex conjunctione potentia cum cōuenienti ob-
iecto causat, a deo principaliter deriuatur, qui institu-
tor est ordinis & cohabitudois rerum. Corda vero.ā.
mētes non implēt cibo corporeo nisi q̄ ad desiderij actū
ationem. [Et hæc dicentes vix sedauerunt turbas ne si-
bi imolarent.] propter magnitudinem rei gestæ, & q̄
ad idolatriam, p̄næ fuerunt. Hoc de sacerdote Iouis nō
specificatur, q̄ forte deum suum reprobari inuite & in-
dignanter audiuit. [Supuenerūt autem qdam ab Antio-
chia.] Pisidiæ, quæ fuit huic vrbi vicinior quam Antio-
chia Syriæ [& Iconio Iudæi.] increduli [& psuasī tur-
bis.] ciuitatis Lystris [lapidantesqꝑ Paulum.] vnde &
ipse scribit, semel lapidatus sum [traxerunt extra ciui-
tatem.] tanquam sepultura indignum, & vt vile cada-
uer [existimantes eum mortuum esse.] quia signa vite
non apparebant in eo tam grauite r vulnerato, mortu-
usqꝑ fuisset, nisi diuina fuisset potestate mirabiliter præ-
seruatus. [Circundantibus autem eum discipulis.] q̄si
plangerent mortuum, & ne a ludæis viuere percipere-
tur. [surgens intrauit ciuitatem.] Lystris occulte, quia
diuina virtute fuit sanatus seu confortatus, aliter profi-
cisci nō potuisset [& postera die p̄fectus ē cū Barnaba
in Derben.] Lycaoniae vrbe, [Cūqꝑ euāgelizassent il-
li ciuitati, & docuissent multos, reuerſi sunt Lystram

& Iconiū, & Antiochiā. Pisidia, vrbes in quibus iam antea predicauerūt. Confirmantes animas discipulorum. Sermonibus optimis. Exhortantesque, ut permanerēt in fide. Et tanquam in fundamento virtutum spiritualisque vitæ. Quo sublato tota corruiat machina sp̄alis in anima. Et quoniam per multas tribulationes. In mundo, a dæmonibus, a propria carne, & improba voluntate. Oportet nos intrare in regnum cælorum. De exilio enim non venit ad patriam nisi per diuersos labores. Quotidiana quoque nostra peccata, castigationē dei paternam requirūt. Caro etiā aduersat̄ sp̄i, & quæ magis proficere cupimus & conamur, eo inuisibiles hostes grauius nob̄ insistant. Denique non est seruus maior dño suo. Si ergo oportuit Christū pati, & ita intrare in gloriam suā, quō nos serui eius viliissimi, sine tribulationibus optamus saluari? Itaque qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare. Qui enim nunc cōpatitur Christo, cōglorificabit post eum. Hinc ait Psalmista. Multæ tribulationes iustorum. Et item. Transiuimus per ignem & aquam. Hinc arctia dicitur via quæ ducit ad vitam. Væ filiis sæculi, amatoribus huius mundi, qui cuncta quæ carni mollia sunt quærūt, quæ nullam volunt ferre iniuriam nil perpeti propter Christum, qui instar brutorum passionem concupiscentiasque sequuntur. Ideo dicit Saluator. Qui vult venire post me, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Et Apostolus. Non coronatur nisi qui legitime certauerit. Vbi ideo iam illi, qui tempus iuuentutis ac sanitatis in vicis expendentes spem stultā sibi cōfingunt quod in senio seu languore, penitentiā sint acturi. Et cum constitissent illis discipulis. Per vniuersas ecclesias presbyteros. Id est ep̄os secundum quōsdam. In primitiua namque ecclesia, non fuit inter istos distinctio, & frequenter eodem nomine cēlebant, quod ad Titū primo facile est pensare. Cū enim dixisset ad Titū cōstituas per singulas ciuitates presbyteros, & quales debeant esse presbyteri subdens, paulo post ait. Oportet enim ep̄iscopum sine crimine esse. Similiter prima ad Timotheum post ep̄isopi descripiōem, mox ad diaconos se cōuertit. Similiter ad Philippenses

Ioann. 15.
Luc. 24.

1. Ioan. 2.

Rom. 8.
Psal. 55.
Psal. 65,
Matt. 7.

ad Titu. 1.
1. Tim. 3.
Philip. 1.

IN ACTA APOS. EXEG.

in exordio, cum episcopis inquit & diaconibus L & orassent cum ieiunationibus & orationibus, commenda-
uerunt eos domino in quem crediderant. qui solus est
principalis conseruator & custos. L Transeuntesque
Pisidiam, venerunt Pamphylia. prouinciã Asiã L &
loquentes verbum dei in Pergen. ciuitate Pamphylia
L descenderunt in Attaliam. quã secundum Bedam ẽ
ciuitas Pamphylia maritima. L Et inde nauigauerunt
Antiochiam. Syria. L vnde erant traditi gratia dei.
id est, ab alijs sanctis ibidem exhibitis operibus gratia
spiritus sancti. L in opus quod compleuerunt. id est, ad
prædicationem & apostolatus officium, vt dictũ est ca-
pitulo. 13. L Cum autem venissent Antiochiam, & con-
gregassent ecclesiam, narrauerunt quanta fecisset deus
cum illis. id est, quantam dedisset eis virtutem & gra-
tiam in conuersione gentilium & Iudæorum quorun-
dam. quia aperuisset gentibus ostium fidei. id est, fi-
dem quã est ianua ad cætera dona, gentibus infudisset
L Morati sunt autem tempus non modicum cum disci-
pulis. in Antiochia. Hæc autem ad dei gloriam & audi-
entium spiritalem exhilarationem ecclesie retulerunt.

¶ Expositio capituli. xv. Et quidam
descendentes. Artic. xv.

Consequenter ardua quædam quæstio determi-
natur quæ in primitiua ecclesia multos salicita-
uit. L Et quidam descendentes de Iudæa. præ-
fertim de Hierusalem, erantq; isti Iudæi de secta Pha-
risæorum ad Christum conuersi, vt infra habet. L do-
cebant fratres. id est, Christianos in Antiochia confi-
scentes de gentilitate conuersos. L quia, nisi circumci-
damini secundum legem Moysi, non potestis salui fie-
ri. id est, obseruatio legis euangelicæ, sine custodia le-
gis Mosaicæ & circumcisionis potissime vobis non suf-
ficit ad salutem. Non enim solam circumcissionẽ, sed cæ-
tera quoq; legalia, voluerunt a conuersis gentilibus ob-
seruari, eadẽq; ratio ẽ de circũcissione & cæteris. Prop-
ter quod ad Galatas, ait Apostolus. Testificor omni ho-

Galat. 5.